Quelle: https://manuscripta.at/?ID=130
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

¶ Cv

Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum misericordia eius Quis loquetur potentias
domini auditas faciet omnes laudes eius
Beati qui custodiunt iudicium et faciunt
iustitiam in omni tempore Memento mei domine
in beneplacito populi tui visita nos
in salutari tuo Ad videndum in bonitate
electorum tuorum ad letandum in letitia gen
tis tue ut laudes cum hereditate tua
Peccauimus cum patribus nostris in iniq
te egimus iniquitatem fecimus Patres
nostri in egypto non intellexerunt mira
bilia tua non fuerunt memores multitu
dinis miserie tue Et irritauerunt ascendentes
in mari mare rubro Et saluauit eos pro
nomen suum ut notam faceret potentiam
suam Et increpuit mare rubrum et exsic
catum est et deduxit eos in abyssis sicut in
deserto Et saluauit eos de manu odientis
et redemit eos de manu inimici Et operuit
aqua tribulantes eos unus ex eis non re
mansit Et crediderunt verbis eius et laud
auerunt laudem eius Cito fecerunt obli
uisci opera eius et non sustinuerunt consilium eius
Et concupiuerunt concupis
centiam in deserto et tentauerunt deum in
aquilone Et tradit eis petitionem ipsorum
et misit satietatem in animas eorum Et ir
ritauerunt moysen in castris aaron sanctum dei
Aperta est terra et deglutiuit dathan et obo
ruit super congregationem abyron Et ex
arsit ignis in synagoga eorum flamma
conbussit peccatores Et fecerunt vitulum
in oreb et adorauerunt sculptile Et immutauerunt
gloriam suam in similitudinem vituli comedentis
fenum Obliti sunt deum qui saluauit eos
qui fecit magnalia in egypto mirabilia in
terra cham terribilia in mari rubro Et dixit
ut disperderet eos si non moyses electus eius
stetisset in confractione in conspectu eius
Et auertere iram eius ne disperderet eos et
prouidit habuerunt terram desiderabilem
non credidierunt verbo eius et murmurauerunt
in tabernaculis suis non exaudierunt
vocem domini Et eleuauit manum suam
super eos ut prosterneret eos in deserto Et
ut deiceret semen eorum in nationibus et
disperderet eos in regionibus Et iunxerunt
sibi beelphegor et comederunt sacrificia mor
tuorum Et irritauerunt eum in adinuen
tionibus suis et multiplicata est in eis ruina
Et stetit finees et placauit et cessauit quassatio
Et reputatum est ei in iustitiam in generatio
ne et generationem usque in sempiternum
Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis
et vexatus est moyses propter eos quia exacer
bauerunt spiritum eius Et distinxit in labys
suis non disperdiderunt gentes quas dixit
dominus illis Et commixti sunt in gentes
et didicerunt opera eorum et seruierunt sculp
tilibus eorum et factum est illis in scandalum
Et immolauerunt filios suos et filias
suas demonibus Et effuderunt sanguinem
innocentem sanguinem filiorum suorum et
filiarum suarum quas sacrificauerunt sculpti
libus chanaan Et interfecta est terra in
sanguinibus et contaminata est in operibus
eorum et fornicati sunt in adinuentionibus
suis Et iratus est furore dominus in plebem
suam et abhominatus est hereditatem suam
Et tradidit eos in manus gentium et dominati
sunt eis qui oderunt eos Et tribulauerunt
eos inimici eorum et humiliati sunt sub
manibus eorum sepelierunt eos Multi
autem exacerbauerunt eum in consilio
suo et humiliati sunt in iniquitatibus suis Et
vidit cum tribularetur et audiuit oratio
nem eorum Et memor fuit testamenti sui et
penituit eum secundum multitudinem
miserie suae Et dedit eos in misericordias in
conspectu omnium qui ceperant eos Sal
uos fac nos domine deus noster et congre
ga nos de nationibus Et confitebimur
nomini sancto tuo et gloriemur in laude
tua Benedictus dominus deus israhel a seculo et usque in seculum et dicet omis
populus fiat fiat Des psalms combgeschrift
Alleluia alleluia Das ist gottes lob den die her
ligen engel vor gottes thron in dem himel
singent Also uber der weyssag alle christen
lewt die gottes lob vnd sunicher gut dem ostern
also Conferem domino
Vnrecht vnserm herren wirdt er sich
guet Gloria Ayre selichem guet der mache
ende et tertius Wann sein parmherczichkeit